


יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII
Ps. CXIX
169.
כדברך
JOH. XVII.
17.
ὁ λογος ὁ σος αληθεια ἐστι·
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

JABALAHAE III,

CATHOLICI NESTORIANI,

VITA

EX SLIVAE MOSSULANI LIBRO, QUI INSCRIBITUR 'TURRIS', DESUMPTA.

EDIDIT,

APPARATU CRITICO INSTRUXIT, IN LATINUM SERMONEM VERTIT, ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

DR. R. HILGENFELD.



LIPSIAE
OTTO HARRASSOWITZ.
1896.



JABALAHAE III,

CATHOLICI NESTORIANI,

VITA

EX SLIVAE MOSSULANI LIBRO, QUI INSCRIBITUR

'TURRIS', DESUMPTA.

EDIDIT,


APPARATU CRITICO INSTRUXIT, IN LATINUM SERMONEM

VERTIT, ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

DR. R. HILGENFELD.



LIPSIAE
OTTO HARRASSOWITZ.
1896.


ANDOVER THEOL. SEMINARY
MAR 2 1898
LIBRARY.

ADOLFO HILGENFELD

PATRI CARISSIMO

V. C., SACROSANCTÆ THEOLOGIÆ DOCTORI, IN ACADEMIA JENENSI THEOLOGIÆ PROFESSORI P. O., SENIORI ACADEMIÆ JENENSIS MAXIME VENERABILI,

QUI ANTE HÆC DECEM LUSTRA A. D. VIII. KAL. IUN. MDCCCXLVI HALIS SAXONUM SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IMPETRAVIT, PIE GRATULOR SALUTEMQUE DICO PLURIMAM!

RUDOLFUS FILIUS.

Ecce, pater carissime, donatio Rudolfi tui, non tam grande aliquid, quo pulmo animae praelargus anhelet, quam studiorum orientalium specimen, in quibus per hos tres annos operam collocavi industriamque posui; δόσις, dixeris, ὀλίγη τε φίλη τε. — Etenim cum terrae Guestphaliae autochthones non tam Minervae et Apollinis Musarumque exempla imitentur quam Volcani opera tractent artificiaque mirabilia ex aere ducant, in eorum, qui in hac regione nati sunt, numero haud ita multos invenio, qui de Arabum vel Syrorum sermone consulentibus orientalium linguarum portam aperiant. Itaque quoniam duce perito magistroque, qui ad sapientiae et doctrinae opes viam mihi muniat, prorsus careo, sine interprete et sine ulla institutione ad opus illud, quod perficiendum tertium abhinc annum mihi proposueram, ut Coreischitarum Syrorumque litteras discerem, proprio Marte me aggressum esse scias. Quapropter Tu, pater carissime, Rudolfo tuo indulgebis hilarique voltu opusculum nostrum in manus sumas, evolvas, Jabalahae tertii, clarissimi illius Nestorianorum Catholici, vitam legas. Cuius patriarchae fata resque ab eo gestas ut indagarent legentibusque explanarent, iam antiquitus — Jove, ut ait poëta, nondum barbato, — iam inde a Gregorii Barhebraei temporibus viri docti ex qualibet gente nati operam navaverunt, velut J. S. Assemanius[1],

---

[1] Bibliotheca Orientalis, II, pg. 456, no. 79. IV, 128. 129.

Georgius Ebedjesu Khayyath[1], M. M. Siouffi[2], Paulus Bedjan[3], Rubens Duval[4], Chabot[5], J. H. Hall[6], professor Neo-Eboracenus. Quorum tamen vestigia Rudolfum tuum ita non terrent, ut ipse quoque vitam Jabalahae tertii hanc arabice breviter conscriptam edendam curem Tibique, pater carissime, nuncupem atque dedicem.

Tu vero, qua semper erga me usus es benignitate, lumine placido opusculum modo in lucem progressum videas nolique

---

[1] Syri orientales seu Chaldaei etc. auctore Georgio Ebedjesu *Khayyath*, assyrio-chaldaeo archiepiscopo Amadiensi, Romae etc. 1870. pg. 131. 132.

[2] Notice sur un patriarche nestorien par M. M. *Siouffi*, vice-consul de France, à Mossoul. Journal asiatique, septième série, tome XVII, nr. 1, janvier 1881, pg. 89—96.

[3] a) Histoire de Mar Jab-Alaha, patriarche, et de Raban Sauma, Paris, rue de Sèvres 95; se vend chez Maisonneuve et Ch. Leclerc, 25 Quai Voltaire, 1888. — Confer *Henrici Hilgenfeld* libellum, qui inscribitur: Textkritische Bemerkungen zur Geschichte Jabalahas etc. Jena, Frommannsche Hofbuchhandlung (A. Bräunlich), 1894.

b) Histoire de Mar Jab-Alaha, patriarche, et de Raban Sauma, éditée par Paul Bedjan, P. D. L. M. 2e édition, revue et corrigée, Paris, rue de Sèvres 95. Otto Harrassowitz, Leipzig, 1895.

c) Histoire de Mar-Jabalaha, de trois autres patriarches, d'un prêtre et de deux laïques nestoriens, éditée par *Paul Bedjan*, P. D. L. M. Paris, rue de Sèvres 95. Otto Harrassowitz, Leipzig, 1895.

[4] Le patriarche Mar Jabalaha II et les princes Mongols de l'Adherbaidjan, par M. *Rubens Duval*, journal asiatique etc. huitième Série, tome XIII, avril, mai, juin 1889, pg. 313—354.

[5] Histoire de Mar Jabalaha III, patriarche des Nestoriens (1281—1317) et du moine Rabban Çauma, ambassadeur du roi Argoun en Occident, traduite du Syriaque et annotée par J. B. *Chabot*, ouvrage suivi de deux appendices etc. Paris, Ernest Leroux, éditeur. 28, rue Bonaparte, 1895. (Extrait de la revue de l'Orient latin, t. I et II.)

[6] Journal of the american oriental society, XIII. vol. New-Haven, 1889 proceedings october 27th 1886, pg. CXXVI—CXXIX. — *Hall* Jabalahae vitam illam, cuius apographon Paulus Bedjan 1888 edidit, ab Urmiae urbis (ipse americanum morem secutus »Oroomiah« scribit) incolis et accolis magna cum voluptate legi et a Rev. Mr. Schedd, missionario americano, et a Kascha Oscha'na ܩܫܐ ܐܘܫܥܢܐ, sacerdote indigena illo, qui anno salutis 1885 archetypam vitam Urmiam attulisset, in linguam neo-syriacam versam et in ephemeridibus, quae ܙܗܪܝܪܐ ܕܒܗܪܐ »rays of light« inscribuntur, publici iuris factam esse narrat. Quem Kascham Oscha'nam Paulus Bedjan JARS II, pg. XIV, 8 Chamacha (? ܚܡܟܐ) Ouchana appellavisse nobis videtur.

quaeso exclamare: »Dic, qua Tisiphone, quibus exagitare colubris? Quid mihi Saulus in tot prophetarum vatumque venerabili ordine!« Nonne poëta noster clarissimus, cuius potissimum adamavisti carmina, aedificantibus regibus plostrariorum quoque ope atque auxilio opus esse concessit? — Ne multis Te morer tempusve teram; animante enim tuba galeatum sero paenitet duelli!

Adest igitur Tibique ante oculos posita est vita Jabalahae tertii, qualis in codice manuscripto arabico vaticano libri كتاب المجدل neoph. XLI f. 173, a exstat, cuius auctor Pseudo-Amrus seu Sliva (Ṣ^{e}lib^{h}a) Mossulanus medio fere quarto decimo nostrae aerae saeculo floruit; quem locum *Ignatius Guidi*, v. c., quem honoris caussa nominamus, professor romanus, ab Henrico Hilgenfeld rogatus benevolenter exscripsit (nobis *Sl.*), varias lectiones, quas apud Amrum, Matthaei filium, aequalem fere Slivae Mossulani, cod. vat. ar. 110, legerat, rubro colore notavit (nobis Amr.) tantaque liberalitate usus est, ut apographon Henrico Hilgenfeld transmitteret; qui ipse quoque erga nos tam facilem se praebuit, ut schedulas hasce Guidianas Rudolfo fratri in lucem edendas concederet. — Eandem vitam *Siouffi* ex codice arabico satis mutilo in linguam franco-gallicam vertit et l. l. iuris publici fecit. Epitomen vitae illius Jabalahae latine ab Assemanio compositam in Bibliotheca orientali II, pg. 456, no. 79 invenies, nobis *Assem.*, partem extremam vitae inde a voce ونال (18, 4 nostrae editionis) ex codice, cuius supra mentionem fecimus, vat. ar. 110 admodum neglegenter exscriptam bibl. or. IV, 128. 129 leges, nobis *Amr.-Ass.*

Prodi igitur, libelle, in publicum, ut inservias viris doctis, sive qui rerum medio aevo exeunte in oriente gestarum historiam complectuntur, sive qui res Syrorum ecclesiasticas sive qui Mogulorum bella in historiam conferunt, servulique munere fungere, siquis arabicae dialecti, quae syriacum sermonem resipiscant, exempla investigabit.

Tibi autem, pater carissime, ut diu in Academia Jenensi vivas, crescas, floreas longamque insuper annorum seriem Deus Optimus maximus feliciter peragendam concedat, penitus toto pectore opto!

Scripsi Tui semper amantissimus et observantissimus Tremoniae in urbe celeberrima Guestphaliae anno salutis 1896 a. d. XVI kal. iun.

RUDOLFUS HILGENFELDI F.
Tremoniensis.

SIGLA.

1. Amr. = codex vaticanus ar. nr. 110, qui Amri ben Matthaei opus amplectitur.

2. Assem. = J. S. Assemanius, bibliotheca orientalis. 2 a. Amr.-Ass. = Amri locus, ab J. S. Assemanio, biblioth. orient. IV, 128, 129 exscriptus.

3. Bh chr = Gregorii Barhebraei chronicon syriacum e codd. mss. emendatum ac punctis vocalibus adnotationibusque locupletatum, Parisiis 1890, via dicta rue de Sèvres, 95. Se vend chez Maisonneuve. Quai Voltaire 25.

4. Bh ce = Barhebraeus, Chronicon ecclesiasticum etc. ediderunt *Abbeloos* et *Lamy*. tom. I—III, Parisiis et Lovanii 1872—1877.

5. Chabot, hist. = Histoire de Mar Jabalaha III, patriarche des Nestoriens, (1281—1317) etc. traduite du Syriaque et annotée par *J. B. Chabot*, etc. Cfr. pg. VI, n. 5.

6. Roed. = Chrestomathia syriaca, quam glossario et tabulis grammaticis explanavit *Aemilius Roediger*, tertium edidit auxit emendavit *Johannes Roediger*, Halis Saxonum, sumptibus orphanotrophei, 1892.

7. JARS I. éd. = Histoire de Mar Jab-Alaha, patriarche, et de Raban Sauma, etc. Cfr. pg. VI, n. 3, a.

8. JARS II. éd. = Histoire de Mar Jab-Alaha, patriarche, et de Raban Sauma, éditée par *Paul Bedjan* P. D. L. M., 2. édition etc. Cfr. pg. VI, n. 3, b.

9. Khayyath = Syri orientales seu Chaldaei etc. auctore *Georgio Ebedjesu Khayyath*, assyrico-chaldaeo archiepiscopo Amadiensi, Romae etc. 1870.

10. Si. = Notice sur un patriarche nestorien par *M. M. Siouffi*, vice-consul de France, à Mossoul. Journal asiatique, septième série, tome XVII, nr. 1, janvier 1881, pg. 89—96.

11. Sl. = Schedulae, quas *Ignatius Guidi* ex codice vaticano libri كتاب المجدل a *Sliva* Mossulano compositi liberaliter atque diligenter nobis exscripsit. Cfr. pg. VII, 11—18.

ياباﻻها الثالث هذا الاب كان شابًّا مليح الصورة مُخنجر اللِّحْيَة[1] ثُمَّ عَمَرَ فى الكرسيّ حتى صار شيخا هيوبا وهو من الترك من بلاد الخطا[2] ورد من بلده فى خدمة القان[3] المعظم وكان سبب مجيئه الى هذه الارض لاجل زيارة بيت المقدس وكان قد انفذ معه القان ثياب حتى يُعَمِّدَهَا[4] فى نهر ٱلْأُرْدُنّ ويُعَبِّرَهَا على قبر السيد المسيح فحيث وصل الى الأُرْدُو[5] الاشرف وعرّض فَرَامِينَهُ[6] وَأَحْكَامَهُ على السلطان المعظم ابقا قان قال له فى الجواب[7] الطريق[8] ما هى امنة وانتم لكم ذكر طائل وقد طلع خبركم وشاع[9] فى كل البلاد واخاف[10] عليكم وكان معه ربه ومعلمه الذى علمه ومهره وتلمذه فى ٱلرَّهْبَةِ[11] اسمه الربان[12] برصوما رجلا عالما ماهرًا[13] تامّ ٱلْخِلْقَةِ طويل القامة مليح الشَكْلِ

1 *Siouffi:* Il portait une barbe ronde.
2 *Assem. Bibl. or.* 2, pg. 456, No. 79 in regione الخطا Catajae natus.
3 *Si.* il avait quitté le service du grand kan (om. فى بلده) afin de voyager. 4 *Sl.* يعمذها.
5 *Si.* à Ardava, om. اللشرف.
6 *Sl.* قرامينه? *Si.* ses firmans.
7 *Si.* add. en ces termes. 8 *Sl.* الطريف. *Si.* la route.
9 *Amr.* وميتكم.
10 *Sl.* اخاق. *Si.* je crains. 11 *Sl.* الرهبتة.
12 *Si.* الربن. 13 عالما ماهرا deest in *Si.*

(10) *Jabalaha tertius.* Hic pater iuvenis fuit pulchrae formae, barbae recisae. Deinde in sede (scil. patriarchali) floruit, donec senex venerandus factus est. Atque ille ex Turcis (scil. oriundus) ex regione Ḫatâ ex patria sua in servitio kani magni venit, et causa, cur in hanc terram veniret, fuit, ut Hierosolyma viseret; kanus autem cum eo vestimenta, quae in Jordanem fluvium imbueret et super Domini Christi sepulchrum expanderet, transmiserat. Ubi autem ad castra honorata pervenit et mandata sua et imperia Abacâ kano, sultano magno, ostendit, ille respondit: »via non est tuta, atque gloria vobis procera est et percrebuit fama vestra et in terris omnibus in publicum prodiit, vobisque timeo!« Erat autem apud eum praeceptor eius et magister, qui eum docuerat et instruxerat et discipulum in vita monasteriali fecerat, cui nomen Rabano Barsaumae erat, vir gnarus, ingeniosus; perfectus, quod ad speciem; longus, quod ad staturam; pulcher, quod ad formam | (12) atque figuram pertinet. — Atque responsum fuit eius: »Quae cum ita sint, ecce, proficiscemur, ut patri nostro et patriarchae Domino Denha catholico officium praestemus et benedictionem ab eo petamus et in patriam nostram revertamur.« Adfuit igitur (scil. Jabalaha) apud eum (scil. Dominum Denha) Bagdadi et

والصورة فكان جوابه [1] اذا كان ألْأَمْرُ على هذا فَإِنَّا نَمْشِى الى خدمة
ابونا وفطركنا مار دنحا الجَاثَلِيق [2] ونتبارك منه ونعود الى بلدنا فحضر
عنده فى بغداد وبَقِيَ مُدّة طويلة واصعدوا جميعا الى الأُرْدُو واسامه
هذا [3] الاب مطرانا على تنكت وجهّزه [4] وانفذه [5] الى بلده [6] فحيث كان
الله سُبْحَانَهُ [7] وتعالى قد اختاره للفطركة ما كان له طريق للمشى [8] الى
مَرْعِيَّتِهِ فَرُدَّ الى اربل وسكن فى دير مار سبريشوع بداقوقا [9] وفى
بعض الايام قيل له من بعض ألرُّهْبَانِ الحُبَسَاءِ القِدِّيسِين [10] ليس
قعودك هَاهُنَا مُفِيد تقوم تمشى الى بغداد لان الله قد اختارك أَنْ
تُدَبِّرَ بِيعَتَهُ وَإِنَّ الجاثَلِيقَ تجده قد استناح والفطركة اليك تصير
وكان اسم الراهب الحبيس الذى قال له ذلك [11] ربان سولاقا فتجهز [12]
وحضر الى بغداد يوم الاثنين اول يوم فى الصوم المارانى فوجد
الجاثليق قد استناح [13] والجماعة يصلون عليه [14] فى ألْبِيعَةِ وبعد ما دفن
فصعد [15] الى البيم وبكى بُكَاء شديدا وَقَبَّلَهُ فى وَسْط فَمِهِ وقَبِلَ

---

1 *Si.* (il répondit) au sultan. 2 *Siouffi:* الجاثليق.

3 *Amr.* لهذا. 4 *Si.* om. وجهزه. 5 *Amr.* ونفذه.

6 *Siouffi:* à Ardava, d'où après l'avoir sacré archevêque de Tankout, تنكت, il (le patriarche) le renvoya dans son pays.

7 *Si.* om. سبحانه. Yabalaha qui était déja élu par le Très-Haut pour le patriarcat, ne trouva point de route etc.

8 *Amr.* المشى.

9 *Amr.* omittit مار سبريشوع. *Amr. Sl. Si.* باقوقا.

10 *Si.* de ce couvent. 11 *Amr.* omittit الذى قال له ذلك.

12 *Si.* addit: Yabalaha.

13 *Amr.* om. الجاثليق قد استناح و, *Siouffi:* Il trouva le catholicos mort et le peuple qui priait en présence de son corps à l'église.

14 *Amr.* على الجاثليق. 15 *Si.* addit: Yabalaha.

spatium longum temporis mansit et unâ ad castra (regia) ascenderunt, et hic pater (scil. Denha) eum (scil. Jabalaham) Metropolitam super Tancut nominvit et rebus necessariis instruxit et in terram illius transmisit. Atque cum Deus — ei sit laus et exaltetur! — eum metropolitae muneri praeficiendum elegisset, illi via, qua ad gregem suum incederet, defuit; itaque retro versus est Arbela et Daḳoḳae in monasterio Domini Sabrischouʿ habitavit.

Atque die quodam a monachorum eremitarum sanctorum aliquo ei dictum est: »Nihil prodest, quod hoc loco sedes; surge, proficiscere Bagdadum, propterea quod Deus te elegit, ut ecclesiam suam regas, et ecce catholicum iam mortuum invenies et patriarchatus ad te transferetur!« Nomen autem monacho illi eremitae, qui ei talia dixit, Raban Soulâca erat. Itaque se expedivit et Bagdadum pervenit lunae die, primo ieiunii dominici die, et catholicum iam mortuum invenit et contionem, (scil. hominum), qui pro illo orabant, in ecclesia. Postquam autem (scil. dominus Denha in capulo) reconditus est, ascendit (scil. Jabalaha) in suggestum et fletus largos effudit et in medio ore eum osculatus est et patriarchatum ab eo accepit, quo modo ei dictum erat, et contio fidelium adventu eius gavisa est | (14) et omnes uno ore: »Hic est«, inquiunt, »catholicus noster et patriarcha!« Et post paucos dies concilium patrum et populus Bagdadi ei scripsit litteras suas; contentos se esse, quod eum elegissent; ille autem ad castra honorata se convertit et ad Abacâ kanum intravit, qui magno inde gaudio affectus ei vestem honorificam induit, pulchram et pretiosam[1], eique commeatum magnum misit, tali

[1] *Si.* magnifique.

الفطركة[1] منه مثل ما قيل له واستبشروا الجماعة المومنين[2] بمجيئه
وقالوا باجمعهم[3] هذا هو جاثليقنا وفطركنا[4] وبعد ايام كتب[5] جماعة
الاباء واهل بغداد له خطوطهم بالرِّضَي أنّهمْ قد اختاروه وتوجه الى[6]
أَلْأَرْدُو[7] أَلْأَشْرَفِ ودخل الى ابقا قان ففرح به[8] وخلع عليه خِلْعَةً
سَنِيَّةً مُثَمَّنَةً واطلق له اقامة كثيرة بشيء لايُحَدُّ من كَثْرَتِهَا[9] وانفذ
معه امير كبير معظم اسمه أَشْمُتْ[10] من العظم القاآنى ووصل[11] الى بغداد
بالاكرام والتبجيل وتجهز وانحدر الى دير المدائن[12] وكان وصوله يوما
مشهورا وهو يوم السبت الذى صباحه الاحد الاول من معلتنا
ودخل[13] بيت الاباء ومعه مارنعمه مطران جنديسابور[14] وايشوعزخا
مطران نصيبين وموشى مطران اربل وجبرايل مطران الموصل
واليا مطران باجرمى[15] وابراهام مطران القدس وايشوعسبران
مطران المالق وتنكت[16] وبريخيشوع اسقف الطيرهان وهو كان
الاركيدياقون[17] وحنانيشوع اسقف اخلاط وشمعون اسقف بلد

---

1 *Amr.* الجثلقة, *Siouffi*: le patriarcat.
2 *Amr.* om. المومنين, *Siouffi:* l'assemblée des fidèles.
3 *Amr.* om. باجمعهم. 4 *Amr.* om. وفطركنا. 5 *Amr.* كتبوا.
6 *Amr.* اختاروه ومشى الى. 7 *Siouffi:* à Ardava l'honorée.
8 *Si.* se prince se réjouit (en le voyant). 9 *Sl.* كثرته, *Amr.* كثرتها.
10 *Siouffi:* un grand prince nommé *Echmet*, qui était de la famille du Kan. Bh ce 451,18=Roed. pg. 46, 10 nomen principis ܐܚܡܛ pronuntiandum esse docet.
11 *Si.* addit: le nouveau patriarche. 12 *Sl.* et *Siouffi:* المداين.
13 *Sl.* ودخل, *Si.* Lorsqu' il entra.
14 *Assem. Bibl. Or.* 2, pg. 456, No. 79: Adfuere Maraname metropolita Gandisapor, *qui eum ordinavit*, etc. 15 *Amr.* واليا, *Assem.* Elias, *Sl.* وايليا.
16 *Amr.* om. المالق و, *Assem.* Jesu-Sabran metropolita Tanchet.
17 *Amr.* الاركدياقون, *Sl.* لاركنديا قون.

modo, ut numerari propter multitudinem non posset, eique ducem magnum, cui nomen erat Aschmut, ex kanorum magnorum numero aggregavit. Bagdadum igitur cum honore et applausu pervenit (scil. Jabalaha) et se praeparavit et ad coenobium El-Madaïn descendit, et adventus eius die celebri fuit, qui dies erat Saturni ille, qui praecedit Solis diem primum Adventûs. Cum autem in domum patrum intraret, adfuerunt:[1] Maraname metropolita Gandisapor et Jesu Zacha metropolita Nisîbis et Moyses metropolita Arbelorum et Gabriël metropolita Mosul et Elias metropolita Beth-Garmae et Abraham metropolita Hierosolymorum et Jesu-Sabrân metropolita Malek et Tancut et Brich-Jesu episcopus Tirhanae, qui archidiaconi munere fungebatur, et Anan-Jesu episcopus Chalatae et Simeon episcopus Baladae | (16) et Geslunae et Jesudenah episcopus Maipharkin et Georgius episcopus Maaltae et Simeon episcopus Telae et Barbariae et Saliba (=Sliva) Zacha episcopus Beth-Daronae et Joseph episcopus Salmasae et Gabriël episcopus Rostakae et Abraham

[1] Deliberanti mihi, quomodo geographica huius loci nomina arabico-syriaca in latinum verterem sermonem, in animum venit, Assemanium bibl. or. II, 456 (et 458) nobis sequendum esse. Cuiuscunque autem, ubinam gentium sita fuerint oppida illa a Sliva Mossulano commemorata, quae nostris temporibus deleta et deserta et strata prope ruinis iaceant, quae adhuc ab hominibus colantur, accuratius enucleare interest: eum et a *Georgio Hoffmann*, v. c. »Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes, herausgegeben v. d. Deutschen Morgenländischen Gesellschaft etc. VII Band, Nr. 3, Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer, übersetzt und durch Untersuchungen zur historischen Topographie erläutert von Georg Hoffmann, Leipzig, Brockhaus, 1880« et ab *J. B. Chabot, hist. pg. 43 et saepius* nomina aliquot propria geographica bene explicari certiorem facimus. Quibus potissimum libris, cum episcoporum catalogum pg. 31—34 componerem, me usum esse fructumque inde percepisse libenter profiteor.

والجصلونه[1] وايشوعدناح اسقف ميافارقين وجيورجيس اسقف
معلثايا[2] وشمعون اسقف التل وبربرى وصليبازخا اسقف بادارون[3]
ويوسف اسقف سلماس وجبرايل اسقف الرستاق وابراهام اسقف
أُشْنُوخ[4] ومتى اسقف داسن ويوحنا اسقف شوش[5] وعمانويل
اسقف الحصن وشمعون اسقف ارزن وقرياقوس اسقف اسقطرا[6]
وأُسِيمَ فطركا بالمدائن[7] يوم الاحد الاول من قداس البِيعة وعليه
بيرون فَاخِتِيٌّ سنة ١٥٩٣ يونانية ܒܬܘܕܝܬܐ ܢܥܘܠ[8] واسام فى
ذلك اليوم شَمَامِسَةً كثيرين ٱلْعَدَدِ ولما خرج من المذبح صاعدا

---

[1] *Siouffi:* Cham oun, évêque de Balad et de Jaslouna. *Assem.* Simeon Episcopus Baladae et جصلونه Geslunae.

[2] *Siouffi:* Giorgis, évêque de Maʿalthaïa. *Assem.* Georgius Episcopus Maaltae.

3 *Sl.* باداودون. *Siouffi:* Salbia-Zakha, évêque de Badaroun. *Assem.:* Saliba-Zacha Episcopus Beth-Daronae.

4 *Siouffi:* Abraham, évêque d'Achnoukh. *Assem.* اشنوخ Asnochae. JARS I, 34, n. 2, II. éd. pg. 38, n. 1 adnotatur ܐܫܢܘܩ.

5 *Si.* شوش vertit Chouch. *Assem.* Susae. JARS I. ed. pg. 34. II. ed. pg. 38 infra textum editoris nota: ܘܫܘܫ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܗܘܙܝܐ.

6 *Amr.* قورياقوس اسقطرا omittit اسقف. *Siouffi:* d'Askatra اسقطرا. *Assem.* اسقطرا. Socotorae.

7 *Sl.* بالمداين. *Amr.* omittit بالمدائن.

8 *Amrus* exhibet: (legas, si placet: مَعْنِيتُه) يوم الاحد الذى عنينه ܢܥܘܠ ܒܬܘܕܝܬܐ. سنة ١٥٩٣. *Assem.* Jabalaha ex genere Turcorum in regione الخطا Catajae natus metropolita تنكت Tanchet, octavo post Denhae obitum mense operâ Asuti Amirae iussuque Abakae Tartarorum Regis in Patriarcham inauguratus est die Dominica octobris, cuius Antiphona ܢܥܘܠ ܒܬܘܕܝܬܐ »ingrediamur in confessione« anno Graecorum 1593. *Siouffi:* Il fut sacré patriarche à Madaïne le premier dimanche de la consécration de l'église, et (le nouvel élu) portait un beïroun couleur de pigeon. Le sacre eut lieu l'an de l'ère séleucide 1593 ܒܬܘܕܝܬܐ ܐܗܪܢ (ces deux mots, dont le second représente le cycle, sont écrits en chaldéen sur le manuscrit arabe).

episcopus Asnochae et Matthaeus episcopus Dasenae et Johannes episcopus Susae et Emmanuël episcopus Hesnae et Simeon episcopus Arzuni et Cyriacus episcopus Socotorae. Inauguratus est Madaïni die Solis primo consecrationis ecclesiae, togâ cucullatâ indutus palumbinâ, anno 1593 Graecorum, in calendario . . . .? — Inauguravit autem hoc die clericos multos numero, et cum ex sacrario egressus esset in suggestum ascensurus, | (18) super eum magna vis monetarum levium auri et drachmarum argentearum large diffusa est, neque cuiquam in templo locus erat, ubi consisteret, propter multitudinem turbae collectae. Iam descendit in coenobium Maris apostoli, ubi secundum praecepta prisca receptus est, et Bagdadum descendit et receptio facta est. Potentiae autem et dignitatis potestatisque tantum consecutus est, quantum nemo ante eum consecutus erat, adeo ut Mogulorum reges et kani liberique eorum capita sua retegerent et coram illo genua flecterent; et iussa eius in omnibus Orientis regnis valuerunt, et Christiani illius temporibus ad ingentem potentiam et dignitatem magnam elati sunt. Exeuntibus autem temporibus eius in contemptum exilem deiecti sunt, et denuo exactio capitum eis imposita et humilitas renovata est firmaque et constans fuit usque ad hanc aetatem. — Aedificaverat autem coenobium magnum prope Marâgam urbem, et temporibus eius (scil. Jabalahae) erepta est ecclesia nova et domus patriarchalis. Illius autem aetate ex Mogulorum regibus kani septem defuncti sunt, atque illi fuerunt: Abacâ kanus et Achmed sultanus et Argoun kanus et Caichatou kanus et Bâjadou (= Bâidou) kanus et Kâzân kanus et Charabandâ kanus, et reg-

الى البيم نُشِرَ عليه مثاقيل خفائف [1] ذهب ودراهم فِضّة شيٌ كثير وما كان لاحد فى الهيكل موضع يقف من كثرة الشعب وانحدر الى دير مارى السليح [2] وتقبل هناك على الرسوم المثبوتة واصعد الى بغداد وعمل القبال [3] ونال [4] من العز والجاه والسلطان ما لا ناله احد من قبله حتى ان ملوك المغول والقاآنية [5] واولادهم كانوا [6] يكشفون رُؤُسَهُمْ ويتبركون [7] قُدّامَهُ ونفذ [8] حكمه فى جميع الممالك بالمَشْرِق وارتفع النصارى فى ايامه الى عز عظيم وجاه كبير وانهبطوا فى آخر ايامه الى ذلة ردية وَتَجدّدَ عليهم اخذ الجزية والاهانة [9] واستمرت الى هذا التاريخ وبنى [10] الدير العظيم بالقرب من مدينة مراغة [11] وفى ايامه اخذت [12] بيعة الجديدة والقِلّاية [13] وَتُوُفِّيَ فى ايامه من ملوك المغول سبع قاآنية [14] وهم ابقا قان واحمد سلطان وارغون قان وكيختوا [15] قان وبايدو قان وقازان قان وخربندا قان وَتَوَلّى ابو سعيد قان ابن

---

1 *Sl.* خفايف. *Amrus* exhibet: نشر عليه دراهم فضه (legas فضة) وخفايف دهب (legas ذهب).

2 *Amr.* om. السليح. — *Siouffi:* au couvent de l'apôtre Mar Mari. (Adnot: en syriaque ܡܪܝ).

3 وعمل القبال. *Siouffi:* où il eut la même réception.

4 *Si.* addit: ce prélat. 5 *Amr.* et *Amr.-Ass.* والقانية. 6 *Amr.-Ass.* كان.

7 *Sl.* ويتركبون. *Amr.-Ass.* ويتبركون. *Si.* s'agenouillaient. *Amr.* teste Khayyath, l. l., pg. 132, qui tamen *J. S. Assemanio* (IV, 129) auctore utitur, »adeo ut Mogulensium Imperatores et Khani eorumque filii caput illi aperirent et genu flecterent.« 8 *Amr.-Ass.* قدامة ونفد.

9 *Amr.* et *Amr.-Ass.* omittunt وتجدد — والاهانة.

10 *Amr.-Ass.* وبنا; *Sl. Amr. Amr.-Ass.* دير عظيم.

11 *Amr.-Ass.* مراغه. 12 *Sl.* اخذن. *Amr.-Ass.* اخدت.

13 *Amr.* et *Amr.-Ass.* على نصارى (*Amr.* الجزيه) الجزية وتجددت والقلاية.

14 *Sl.* et *Amr.* قاانيه. *Amr.-Ass.* قاانية. 15 *Amr.-Ass.* وكيختو,

num adeptus est Abu Sa'îd kanus, Charabandâ kani filius. | (20) Diu autem pater hic vixit et die Saturni mortuus est, nocte tertii Solis diei inde a consecratione ecclesiae, qui tertius decimus teschrini secundi (i. e. novembris) anni 1629 Graecorum est, in calendario . . . . .?, qui cadit in septimum ramadhâni anni 717 Arabum, et sepultus est in coenobio illo, quod in domini Johannis nomen exstruxerat. At cum Moslemi superiores essent coenobiumque cepissent, corpus eius in coenobium domini Michâêl translatum est, quod in regione Arbelorum situm est, et temporis spatium, per quod principatu fungebatur, triginta septem annorum fuit, et sedes (scil. patriarchalis) tres menses et octo dies vacua fuit.

خربند قان وعمر[1] هذا الاب طويلا واستناح يوم السبت ليلة
الاحد الثالث من قُدّاس البيعة وهو الثالث عشر من تشرين
الثانى سنة الف وستمائة وتسعة وعشرين يونانية ܚܫܫܘܢ اسب[2]
الواقع فى سابع رمضان سنة سبعة عشر وسبعمائة عربية[3] ودفن فى
دير[4] الذى عمره على اسم ماريوحنى[5] ولما تغلّب المسلمين واخذوا
الدير[6] نقل جسده[7] الى دير مار ميخايل ببلد اربل[8] وكانت مدة
رِيَاسَتِهِ[9] سبعة وثلاثين سنة وخلا الكرسيّ من بعده ثلاثة اشهر
وثمانية[10] ايام[11] ،،

---

[1] *Amr.* et *Amr.-Ass.* خربندا وعمر.

[2] *Amrus* exhibet: وعشريت لتاريخ الاسكندر اليونانى الواقع لتاريخ العرب ܚܫܫܘܢ اسلم فى سابع رمضان. *Amr.-Ass.* وعسرين لتاريخ الاسكندر اليونانى الواقع فى سابع رمضان. *Si.* om. ܚܫܫܘܢ اسب.

3 *Amr.* om. عربية. *Amr.-Ass.* العرب.

4 *Amr.* et *Amr.-Ass.* ديره. *Assem.* in ecclesia S. Johannis, quam aedificaverat.

5 *Amr.-Ass.* يوحنا.

6 *Assem.* postquam Mahometani Ecclesiam illam cum contiguo coenobio occupassent.

7 جسده om. *Amr.-Ass.* 8 *Amr.-Ass.* اربيل.

9 *Sl.* et *Amr.-Ass.* رياسته.

[10] *Siouffi:* trois mois et trois jours. *Assem.* mensibus 3 et diebus 8. *Amr.* et *Amr.-Ass.* et *Sl.* omnes nostram lectionem exhibent.

[11] *Assem.* addit: Sub eo claruit Ebedjesu metropolita Sobae et Armeniae, Catalogi auctor, qui eidem Jaballahae librum Margaritarum nuncupavit.

ADNODATIONES.

10, 1. يابالاها الثالث Tres fuerunt Jabalahae Syrorum patriarchae: Jabalaham I Barhebraeus primatem orientis duodevicesimum annis 416—420 p. Chr. n. catholici munere functum esse narrat ed. Lov. II, 53. — Jabalaham II seu Bar-Kajoumam (ܝܗܒܐܠܗܐ ܒܪ ܩܝܘܡܐ) Mossulanum anno salutis 1190 ordinatum inchoati 25. Febr. 1221 obiisse Chron. eccl. ed. Lov. II, 369—371 leges. — Jabalahae III nomen Marcum Bainieli filium, Koschangi (Kung-Tschang, si Rubentem Duval l. l. pg. 315 sequimur, in urbe celeberrima inter Pékin et Tancut sita) ܟܘܫܢܓ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܣܝܢܝܐ natum, cum metropolita inauguraretur, sorte tractum invenisse, Hist. de M. J. éd. I, pg. 25, 26 éd. II. pg. 28 narratum legimus.

10, 2. 3. وهو من الترك من بلاد الخطا Regionem gentis الخطا Barhebraeus ce II, pg. 451 = Roed., pg. 46, 1 squ., terram Sinicam appellat; اَلصِّينُ apud Arabes China qua ad septemtriones vergit vocatur. ܬܪܝܢ ܕܝܪܝܐ ܝܓܘܪܝܐ ܐܬܘ ܗܘܘ ܡܢ ܣܝܢ »duo monachi Jaguraei ex terra Sinica venerant«. ܝܓܘܪܝܐ ܐܘ ܟܝܬ ܛܘܪܟܝܐ »Jaguraei, i. e. Turci«. Barhebraeus chr. ed. Par. pg. 207, 7 = ed. Lips. pg. 218 = Chrest. syr. Roed. pg. 18, 6. Ḫataios Sinensium quandam gentem appellari affirmat; ed. Par. pg. 408, 21 = ed. Lips. 437, Ḫataiorum fines circumscribit; ed. Par. pg. 412, 21 = ed. Lips. 441, 3 ܨܝܢܝܐ ܕܗܢܘܢ ܟܬܝܐ Sinenses eosdom fere esse atque Ḫataios homines videtur docere. Confer. R. Duval, l. l. pg. 317, adn. 1. JARS I, éd. pg. 26, II, pg. 29, notas 1 et 2.

10, 3. القان non tam ad Abakâ kanum, ut censet Siouffi, l. l., pg. 96, quam ad Kublai kanum pertinet. Confer Barhebraei narratiunculam Barhebr. ce II, pg. 451. 453 = chrest. syr. Roed., pg. 46, 1—18 = JARS I. et II. éd. pg. VI, exscriptam, quem

locum *Abbeloos* et *Lamy* ce pg. 452 et 454 in hunc modum vertunt: »Anno Graecorum 1592 (= Chr. 1281) cum profectus esset Mar Denha catholicus, ut Bagdadum descenderet, in illo itinere aegrotare coepit, et cum illuc pervenisset, ad aliquot dies afflictus remansit, tandem vero nocte feriae secundae lucescentis in ieiunium magnum migravit ex hac vita, 24 a Schebat (i. e. Februarii) eiusdem anni. Cum vero Mar Denha adhuc vivente duo monachi Jaguritae venissent e Sina iussu (ed. Lov. exhibet iussa, ܦܘܩܕܢ̈ܐ) Kublai magni khani, ut Jerosolyma sacri cultus causa peterent, cumque has regiones assecuti iter non invenirent nec opportunitatem abeundi, moras traxerunt apud Mar Denham; atque Mar Denha, ne in Sinam proficisceretur Bar Kalig adversarius suus, alterum e duobus illis monachis Jaguritis, hoc est Turcis, Sinae metropolitam ordinavit et Jaballaham appellavit. Porro dum in eo illi erant, ut ad locum suum redirent, obiit Mar Denha. Tum vero emira Aschmut eodem genere oriundus de Jaballaha apud regem regum locutus est, eum nempe a Christianis expeti ut ipsis catholicus praeficeretur, Bagdadenses etiam omnes eum cupere, ut per eius affinitatem cum Mogulensibus tum genere tum lingua ipsi opem perciperent ab illo. Atque pro huius voto prodiit edictum regium (ܦܘܩܕܢܐ ܡܠܟܝܐ), ut ille catholicus fieret; quare episcopos circiter viginti quattuor congregavit, qui Seleuciam et Ctesiphontem descenderunt eumque catholicum ordinarunt. Iste autem Mar Jaballaha, etsi doctrina et lingua syriaca parum valeret, erat tamen vir naturaliter bonus, timore Dei praeditus, qui multam charitatem nobis et popularibus nostris ostendit.«

10, 6 et 14, 4 الى الاردو الاشرف et 12, 3 الى الاردو *Siouffi* vertit *à Ardava, à Ardava l'honorée*; vox tamen illa mogolica أَلْأُرْدُو melius a Gregorio Barhebraeo, primate Orientis, Abulpharagio Bh ce H, 453, 13 = Roed. 46, 21 ܡܫܪܝܬܐ vel apud Roedigeros 42, 24 ܡܫܪܝܬܐ ܕܐܝܠܚܢ ܡܠܟܐ »castra regis supremi« Mogulorum vertitur. Quanquam Barhebraeus Tatarorum peregrinam vocem ܐܘܪܕܘ vel ܐܘܪܕܘ *ordu* »exercitus, castra, στρατόπεδον« haud prorsus respuit; exempli gratia evolvas, si vacat, Bh chr 464, 22 = 492, 2 ed. Lips. ܐܘܪܕܘܒܠܝܩ ܕܡܬܦܫܩ ܡܕܝܢܬ ܡܫܪܝܬܐ: Urdubalik, quae est urbs castrorum. Conferas etiam Bh chr 511, 15 = ed. Lips. 534, 6. ܒܐܘܪܕܘ »in castris«, Bh chr 519, 26 = ed. Lips. 541, 12 etc. — Quid, quod nostra vox »die Horde«

inde a Tatarorum vocabulo *Ordu* repetenda esse dicitur? — *Howorth*, history of the Mogols, quem librum in Tremoniensi bibliotheca deesse aegre ferimus, non legi.

10, 6. فرامينه واحكامه Apud Barhebraeum l. l. vox mogolica ܦܘܪܡܢ saepius scripta invenitur, quam ipse Barhebraeus explicat: ܦܘܪܡܢ ܗܘ ܕܝܢ ܦܘܩܕܢܐ; apud Arabes مَنْشُورٌ. Conferas, quaeso, etiam Bh ce II, 433, 17 = Roed., pg. 41, 14 ܘܐܡܠܟܗ ܦܘܪܡܢܘܗܝ ܕܦܘܠܚܢܐ.

10, 7. Quantopere *Abaka kanus*, cui Maria, Michaëlis Palaeologi filia, nupserat, Christianis faverit, et Barhebraeus, hist. comp. dynastiarum, ed. Antonius Sâlḥâni, pg. 505, 6—12; Bh chr 547, 5 squ. = ed. Lips. 566, 7 et JARS I, 22—35, II, 24—39 memoriae produnt.

12, 3. Jabalaham et Barsaumam primum Marâgae, non Bagdadi, dominum Denha convenisse liber ille notissimus affirmat: JARS I. éd. pg. 18. 20. 24; II. ed. pg. 20. 22. 26.

12, 4. واسامه هذا الاب مطرانا على تنكت Nomine تنكت »Tancut« non tam Tingitanan terram, Mauretaniae provinciae partem, quam Sinicam i. e. Chinensem urbem atque dioecesin appellari Barhebraeus loco modo laudato, ce ed. Lov. II, pg. 451. 453 = Chrest. syr. Roed., pg. 46, 1—18, satis edocet, ubi legimus: ܘܣܡܟܗ ܠܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ...... ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܠܨܝܢ »alterum ex illis ...... Sinae metropolitam ordinavit«. Quid, quod JARS éd. I, pg. 26, 5 et éd. II, pg. 29, 1 Jabalaha III dioecesi Ḫataiae et Houang praeficitur. Confer. R. Duval, l. l. pg. 315, adn. 2. *Chabot*, hist., pg. 21, n. 1.

12, 6. فى دير مارسبريشوع بداقوقا JARS I, 21, 13 = II, 24, 2. 3 ad domini Michaëlis Tarʿelitanum coenobium devertisse Jabalaha narratur. — Sub voce باقوقا (12, n. 9.) *Henricus Hilgenfeld* latere ܕܒܝܬ ܩܘܩܐ vel ܕܒܩܘܩܐ nos monet, neque legere dubito بداقوقا.

12, 11. اول يوم فى الصوم المارانى bene vertit *Siouffi:* »Premier jour du carême du Seigneur« et vocem المارانى a syriaco *mar* repetit. Quod ieiunium quadragesimale *thes. syr.* 3380, β e dominica Quadragesima usque ad dominicam Resurrectionis ܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ, interdum ܨܘܡܐ ܪܒܐ, ieiunium magnum vel ܨܘܡܐ ܡܪܢܝܐ vel ܡܪܢܝܐ appellari testatur.

12, 13. البيم bene *Siouffi:* »la chaire« vertit; Carolus Brockelmann ܒܐܡ »βῆμα, tribunal« explicat. Thes. syr. ܒܐܡܐ ܟܣܐ pulpitum ecclesiae, 519, 4.

12, 14. منه »ab eo« idem fere atque ܒܣܠܡܗ valere hoc loco perspicuum est.

14, 2. كتب. Confer Barhebraei locum supra laudatum Bh ce II, 435. 437 = Roed., pg. 42, 6. 7. ܘܗܟܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ, ܩܬܘܠܝܩܐ ܝܥܩܘܒܝܐ ܠܡܦܪܝܢܐ ܒܕܘܦܬܟܐ »catholicum appellare Jacobitas maphrianum in diptychis«. — هذا هو جاثليقنا Chabot, hist. pg. 251 sub voce *Jasalici* ut tale vocabulum apud *Du Cange* scriptum inveniri negat ita locum *Brocardi* affert: »Nestoriani loco papae habent praelatum, quem *Jacelichum* vocant, cui magna pars Orientis paret.« Neque tamen quidquam aliud vocem illam arabicam جاثليق atque graecum vobabulum esse καθολικός in Arabum litteras transscriptum statuemus. Cfr. Th. Nöldeke, LCtrbl., 1895, n. 43.

14, 3. وتوجه ..... ففرح به Jabalaha cum catholicus esset electus, ut Abacâ regem salutaret, ad castra regia profectus est, ubi quibus honoribus affectus sit Marcus-Jabalaha, JARS I, pg. 32, 33; II, pg. 35. 36 leges, si placet. Illis autem temporibus metropolitas, priusquam ad munus patriarchale subeundum aggrederentur, huius aevi principes veneraturi consalutare solebant, quo facto a regibus metropolitae insignia saecularis potestatis aecipiebant. Quod tamen salutationis genus ܐܣܦܣܛܐ a Bh ce II, 433, 16 = Roed. 41, 13 vocatum, etiam laicos nobiliores regi regum praestitisse Bh chr pg. 535, 11 = ed. Lips. 555, 15 docet. Libro, quem *George Percy Badger* composuit *the Nestorians and their rituals*, *London*, 1852, Tremoniensis bibliotheca caret.

14,5. *Aschmut*, *Sl.* أَشْمُتْ, JARS ܫܡܘܛ, Bh chr et Bh ce ܐܫܡܘܛ, nobilissimo loco natus, ex gente Jaguraeorum oriundus, vitae monasticae deditus, rebus Masʿoudii Mossulanorum ducis semper studuerat, Bh chr 535, 12—17 = ed. Lips. pg. 555; anno Graecorum 1589 Aschmut et Masʿoudius, quod Mossulanam provinciam male administravissent, magistratu se abdicare iussi sunt, Bh chr. 539, 11—17 = ed. Lips. 559; anno autem Graecorum 1591, qui est 1280 p. Chr. n., octavo mensis Ab die (i. e. a. d. VI. id. Aug.) utrumque Argoun kanus in integrum statum restituit, Bh chr 542, 23—543, 8 (cfr. 554, 5—10) = ed. Lips. 562 (cfr. 572/573). — Ipse Aschmut Mossulanorum civitati praefectus, ܗܘܦܪܟܘܣ = ὕπαρχος, JARS I, 36, 15 = II, 40, 7 appellatur. — Anno autem Graecorum 1595 a filiis Galâl ed-Din Turan, qui de patre occiso vindictam

quaerebant, Aschmut, quo die Argoun ad Achmedem venit, interfectus est; quod Christiani vehementer doluerunt, Bh chr 554, 5—10 = ed. Lips. 572, 18 squ. — Jabalahae tertio Aschmut princeps penitus favit regemque regum, ne quem alium nisi Jabalaham catholicum Nestorianis praeficeret, commovit, Bh ce II, 451, 453 = JARS I et II, pg. VI = Roed. pg. 46, 1—18, et postea sortis illius particeps ipse quoque Ischouʿsabrani, metropolitae Tankut, Simeonisque, episcopi Arni, aliorumque proditionis reus, quod Argoun kani rebus studeret, ad Achmedem regem in ius vocatus est. JARS I. 36, 13 squ. II, 40, 7—42, 14.

14, 5. 6. Conferas, si placet, quomodo Barhebraeus, aequalis ille illustrissimus Jabalahae tertii, maphrianus modo electus Bagdadi sit exceptus, l. l. Bh ce II, 435 = Roed. pg. 41, 20 squ.

14, 7 **et saepius** المداين *urbs duplex,* Ctesiphon et Seleucia Babylonia, urbs celeberrima prope Tigrim fluvium ad canalem sita, quo Tigris Euphratesque flumina inter se conjungebantur. *Barhebraeus* l. l. ce II, 453 = Roed. 46, 15. ܘܢܚܬܘ ܠܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ »et descenderunt Seleuciam et Ctesiphontem«. Vide sis *A. Forbiger,* Handbuch der alten Geographie, II, pg. 612 squ. Chabot, hist. pg. 39, adn. 3.

14, 8. معلتا et 16, 6 يوم الاحد الاول من قداس البيعة *Siouffi,* pg. 92 vocem معلتا allato vocabulo syriaco ܡܥܠܬܐ, quod »l'entrée« significat, »l'Avent« interpretatur; deinde l. l. pg. 93, *le premier dimanche de la consécration de l'Église,* eundem esse diem consecrationis ecclesiae قداس البيعة atque sollemne illud ܡܥܠܬܐ affirmat. Quam sententiam ut lexici syriaci auctor Carolus Brockelmann fulcit, sub voce ܡܥܠܬܐ no 4. explicans: *dies festus* ܩܘܕܫ ܥܕܬܐ, ita Assemanius, bibl. or. IV, 385, nr. 50 ܐܪ̈ܒܥܐ ܚܕܒܫ̈ܒܐ ܘܥܪ̈ܘܒܬܐ ܕ̄ ܕܩܘܕܫ ܥܕܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܥܠܬܐ »quattuor dominicae totidemque feriae sextae Dedicationis ecclesiae, quae *Ingressus* appellantur; quarum prima Dominica dicitur ܕܚܘܕܬܐ, Encaeniorum« interpretatur. Thes. syr. P. Sm. 3503, 2 ܩܘܕܫ ܥܕܬܐ consecratio ecclesiae, (confer notam ap. Bh chr eccl. II, 329 »celebratur die dominica octava ante Christi Nativitatem« etc.) Conferas etiam chrest. syr. Roed., pg. 100 sub voce ܩܘܕܫ, ܩܘܕܫܐ JARS II. éd. pg. 38, 20 squ. = I. éd. pg. 34, 10 squ. ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܫܬܘܝܐ ܗܘ ܟܕ ܚܕܝܢ ܗܘܘ ܐܚܝܕܝ ܡܠܟܘܬܐ ܡܕܡ ܕܩܘܪܒܢܐ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܗ ܘܡܫܡܫܢܐ. ܘܠܟܗܢܐ ܘܠܟܠܗ ܥܡܐ ܕܡܫܝܚܝܐ ܠܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ ܘܥܒܕܘ »Fuit autem

chirotonia haec mense Teschri secundo (i. e. Novembri), primo solis die consecrationis ecclesiae anni 1593 Graecorum, qui aetatis eius fuit annus tricesimus septimus.«

14, 8—16, 5. Patriarcharum sediumque nomina syriacam linguam tanquam redolent; quid, quod 14, 13 scriptionem الاركنديياقون ex forma syriaca ܐܪܟܕܝܩܘܢ — elemento Jod neglegenter in litteram Nun mutato — originem traxisse luce est clarius; neque scio an scriptio duplex بادارون et باداودون inde orta sit, quod Syrorum elementum ܪ in ܕ commutatum est. — Quod quo facilius legentibus persuadeamus, catalogum patrum sediumque, qualem scriptum invenimus JARS I. éd. pg. 33. 34; II. éd. pg. 37. 38 exscribemus: [illegible]
(Paulus Bedjan eodem loco in nota addidit: [illegible]).
Chabot, hist., pg. 43. 44 vertit: »Il fut installé sur le siège de Séleucie et de Ctésiphon par le saint père Maran-ʿammeh, métropolitain d'Elam, consécrateur et gardien du trône apostolique, et les évêques qui étaient présents, parmi lesquels se trouvaient: Mar Jésusacha, métropolitain de Nisibe, et Moyse, métropolitain d'Arbèle, Mar Gabriel, métropolitain de Mossoul et de Ninive, Mar Elias, métropolitain de Dacoc et de Beth-Garmai, Mar Abraham, métropolitain de Tripoli et de Jérusalem, Mar Jacques, métropolitain de Samarcande, Mar Jean, métropolitain de l'Adherbaidjan avec d'autres évêques au nombre de vingt-quatre.« Conferas autem, quem pg. 31—34 exhibebimus, episcoporum sediumque indicem.

16, 6. 7. Quid sit بيرون (bîroun), non tam Assemanius docet l. l. IV, 389, nr. 12: ܒܝܪܘܢܐ »hoc est cidaris phrygio opere ornata, qua caput tegitur, instar amictus«, quam *Payne-Smith*, thes. syr. 521. 522; Biruna enim, gr. βηρίον, βιρρίον, deminutivum est vocis βίρρος, de quo *Du Cange*: Birrus vestis est communis, τρίβων vero philosophorum, Gl. Gr. pg. 204. Obsolente autem communi eius

usu sacerdotibus proprius evasit, et sic episcopi insignia erant ܒܝܪܘܢܐ ܡܠܝܚ ܫܥܪܢܝܐ ܡܦܪܫܢܝܐ B. O. III, 1, 343. Ebed J. 296. Sed ܒܝܪܘܢܐ ܕܣܥܪܐ *lacerna pilosa*, vestis pauperibus usitata. — Dominum Denham biruna nigra indutum fuisse, cum ad Ǧinkizḥanum intraret, Barhebraeus hist. comp. dynastiarum, ed. Sâlḥâni, pg. 401, 17. 18 narrat. *Siouffi* l. l. 93, n. 2 adnotat: Les Chaldéens ne savent pas de nos jours, si le beïroun, ܒܝܪܘܢ, était une espèce de tiare ou une chape. L'auteur du ***Mouhit*** dit que c'est un mot étranger qui signifie »mitre de l'évêque«; mais un dictionnaire assure que c'est une chape à capuchon. Je crois que c'est cette dernière signification qui est la vraie, attendu que, dans toutes les biographies que j'ai parcourues, l'auteur dit وعليه بيرون. Or s'il s'agissait d'une coiffure, il aurait dit وعلى راسه ou وفى راسه au lieu de وعليه.

16, 7. يونانية. Aera Graecorum sive seleucidica kal. oct. anni 312 ante Chr. n. inaugurata est.

16, 7. ܣܘܪܓܝ ܠܚܠܒ et 20, 3 ܣܘܪܓܝ ܐܣܪ Carolus Brockelmann in lexico syriaco vocem ܣܘܪܓܐ *linea* vertit; thesaurus ille syriacus Payne-Smithianus, Oxonii 1879, ad quem Socinus, v. c. professor Lipsiensis a. d. XVI kal. nov. anni superioris nos vocavit, vocabulum ܣܛܝܟܘܣ »στίχος, linea, versus«, ܣܘܪܓܐ, ܣܘܪܓܐ »tabula lunaris, calendarium« explicat. — ܣܪܓ »scripsit«. Sub litteris ܠܚܠܒ vel ܠܚܠܒ et ܐܣܪ vel ܐܣܪ annales nescio quos numeros latere satis est perspicuum; ܣܘܪܓܝ arabicae voci تاريخ hoc loco respondere prorsus apparet. — شمامسة كثيرين Barhebraeus, ce II, 437, 11 = Roed. pg. 42, 14 ܫܡ̈ܫܐ ܣܓܝ̈ܐܐ.

18, 1. نشر . . . كثير, *Siouffi* adnotat: C'est une ancienne coutume de répandre dans les grandes cérémonies de l'argent monnnayé sur les personnages pour lesquels la cérémonie est célébrée. Cet usage existe, d'ailleurs, dans tout l'Orient musulman"; nos vero Barhebraei potius locum ce II, 483. 485 = Roed., pg. 53, 20—24 afferendum esse putatmus:

ܘܡܢ ܦܬܘܪܐ ܗܘܘ ܡܫܬܕܝܢ ܙܘܙܐ ܐܝܟ ܕܠܡܛܪܐ ܢܚܬܝܢ ܗܘܘ ܕܥܠܝܗܘܢ ܡܫܬܡܫܝܢ
ܘܡܢ ܠܐ ܢܦܠܘ ܗܘܐ ܡܬܟܬܫܝܢ ܦܫܝܛܝܢ ܗܘܘ. ܘܡܛܠ ܐܝܟ ܦܠܓ ܗܘܐ ܒܥܠܡܐ ܕܚܠܝܡ
ܗܘܐ ܐܠܗ ܡܢ ܐܬܟܬܫܘ ܐܝܟ ܕܐܢܫܝܢ ܗܘܘ: ܩܕܡܝܐ ܐܢܘܢ. ܠܐ ܦܫܛ ܗܘܘ ܡܢ ܡܢܦܫܝܢ
ܘܠܩܛܝ ܐܠܐ ܕܗܘܘ ܡܢ ܢܦܫ ܗܘܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܙܘܙܐ ܐܢܫܐ ܡܢܗܘܢ ܦܫܝܛܝܢ ܗܘܘ.

Quem locum Abbeloos et Lamy, Bh ce II, pg. 484. 486

in hunc modum vertunt: Quando vero fideles marsupia benedictionis gratia afferebant, conabantur illa in eius manu deponere, cumque ea non acciperet, ante illum ponebant, atque ita ibidem manebant, donec intraret quispiam discipulorum, ubi ille versabatur, cui statim aiebat: »iam tollas illud e conspectu meo.« Nonnulli vero consueverunt, cum manus eius oscularentur, marsupia sub strato deponere etc.

18, 3. دير مارى السليح JARS I, 21, 1. II, 23, 7 huius monasterii mentionem facit: ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܫܠܝܚܐ »domini Maris apostoli coenobium«.

18, 4, sqq. Priores Mogulorum kanos, cum imperio Abassidarum bellum inferrent, Romanorum illud: »divide et impera!« secutos Christianis suppressis favisse, nemo mirabitur. Devictis autem Chalifis subversisque regnis arabicis Moguli illi barbarorum omnium longe horridissimi maioris incolarum partis confessionem secuti, cur Christianis parcerent patriarchasque honoribus afficerent, iam non habebant. — Exempli gratia quomodo Jabalaha tertius inde a Kazan kani temporibus per varios casus, per tot discrimina rerum modo summis honoribus decoratus modo ignominia et cruciatibus gravissimoque supplicio affectus vitam degerit, fuse et copiose narratum in libro illo leges, quem saepius laudavimus, JARS I. éd., pg. 91 squ., II. éd. pg. 100 squ.

18, 8. الجزية bene Assemanius, bibl. or. IV, pg. 130 explicat: certae pecuniae pensio aliam a Saracenica religionem profiteri volentibus imperari solita. Cfr. JARS I, 102, n. 1 — II, 111, n. 3.

18, 9 et **20, 5.** وبنى الدير العظيم بالقرب من مدينة مراغة et فى دير الذى عمره على اسم مار يوحنى Confer JARS I, pg. 119 —127, II, pg. 131 squ. *Chabot*, l. l. 133, 13 squ. — Jabalaha illud Johannis Baptistae coenobiorum regem appellat, JARS I, 127, 5, II, 140, 4. 5.

18, 10. القلاية, apud Barhebraeum et in JARS ܩܠܝܬܐ patriarchae domus saepissime appellatur.

20, 1. JARS I, ed. pg. 184, 16 squ. — II. ed. pg. 204, 12 sq. ܫܢܝ ܕܝܢ ܒܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܚܕܒܫܒܐ ܕܥܢܝܢܗ ܡܐ ܫܦܝܪ ܡܫܟܢܟ. ܗܘ ܒܚܡܫܬܥܣܪ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ. »mortuus autem est nocte, quae Solis diem praecedit, cuius antiphona est ,Ma schebîḥ maschkenak, quam laudabile est domicilium tuum!ʻ *quinto decimo* Teschrini secundi (i. e. Novembris) die.«

20, 6. الى دير مار ميخايل ببلد اربل Paulus Bedjan JARS I, 21, n. 4, II, pg. 24, n. 1, et Chabot, hist., pg. 32, n. 2. St. Michaëlis coenobium Tar'elitanum haud ita procul ab Arbelis afuisse suspicati erant; quid, quod Chabot, l. l. pg. 155, n. 3 ingenti, qua saepissime utitur, sagacitate Tar'el vicum (village) idem esse atque Terdjilla oppidum statuit, quod a Mossulanorum urbe triginta, ab Arbelis quinquaginta quinque kilometra abest. *Assem.* (Ebed. J.) B. O. III, 348, a. ܠܕܝܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܡܠܐܟܐ ܕܒܛܪܘܢܐ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܕܩܪܝܒ ܠܡܕܝܢܬܐ »monasterium Sancti et Angelorum comitis Mar Michaëlis *prope urbem Mosul.*«

Quale Jabalahae cum Benedicto XI, pontifice maximo romano, commercium fuerit, et Barhebraeus et Assem. IV, 128 et Khayyath, l. l., pg. 131 squ. et JARS I. éd., pg. 43 squ., II. éd. pg. 53 squ. et Chabot, hist. pg. 251—255 legentem docent. Ecce Barhebraei locus, chronicon syriacum ed. Bedjan, pg. 577. 578 = Ed. Bruns et Kirsch, pg. 594. 595:

ܘܡܛܠ ܕܡܢ ܐܪܓܘܢ ܐܚܘܗܝ ܒܚܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ: ܐܝܙܓܕܐ ܦܪܢܓܝܐ ܪܗܛܝܢ ܗܘܘ ܘܐܬܝܢ ܠܘܬܗ ܡܢ ܠܘܬ ܦܦܐ ܕܪܗܘܡܝ ܘܡܢ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܐܚܪܢܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܘܢ ܚܕ ܟܬܦܐ ܡܓܘܠܝܐ ܥܡ ܦܪܢܓܝܐ: ܘܢܐܙܠܘܢ ܥܠ ܡܨܪܝܐ ܘܦܪܥܘܢܝܐ ܕܥܒܝܘ ܘܒܥܛܘ ܘܡܣܪܚܝܢ ܠܟܪܝܣܛܝܢܐ ܘܠܡܕܝܢܬܗܘܢ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܘ ܐܪܓܘܢ ܫܕܪ ܠܘܬܗ ܕܦܦܐ ܐܝܙܓܕܐ ܠܪܒܢ ܒܪ ܨܘܡܐ ܕܝܪܝܐ ܝܓܘܪܝܐ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܥܡܗ ܕܩܬܘܠܝܩܐ ܡܪܝ ܝܗܒ ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܬܪܘܬܐ ܕܩܐܢ ܪܒܐ: ܘܦܣܩ ܠܘܬܗ (Bruns et Kirsch ܥܡܗ) ܕܦܦܐ ܩܝܡܐ ܘܫܘܪܪܐ: ܕܢܦܩܘܢ ܐܟܚܕܐ ܘܢܣܬܪܚܘܢ ܠܛܝܝܘܬܐ. ܗܝ ܕܠܘܩܒܠ ܕܣܒܝܪܝܢ ܗܘܘ ܗܘܐ:

»Et quoniam, quo tempore Argoun, frater eius (scil. Caigatou kani) inter vivos morabatur, legati Franci commeabant et ventitabant ad eum a Papa romano et a regibus aliis, ut uno humero Moguli cum Francis starent et contra Aegyptios et Pharaonitas proficiscerentur, qui pingues facti recalcitrarent et Christianos eorumque urbes laederent: hoc modo Argoun quoque ad Papam legatum misit Rabanum Bar Saumam, monachum Jaguraeum, qui cum catholico Mar Jabalaha ex terris kani magni venerat, et pacta et foedera cum Papa iniit, ut simul ad aggrediendum Arabismum proficiscerentur; quod tamen aliter atque opinati erant evenit.«

Quod perficiendum subieramus, opusculum ad finem perduximus; iam restat, ut paucis, quid inter arabicam hanc Jaba-

lahae tertii vitam atque Syriacam illam, quam viri doctissimi, a nobis pg. V. VI laudati, publici iuris fecerunt, intersit, exponamus:

Atque Jabalaham ut Hierosolyma viseret, domo profectum esse, utraque vita (JARS I, 11—23, II, 12—26), a Kubilai kano iussum arabica vita et Bh ce II, pg. 451, 453 affirmant. Deinde Jabalaham et Barsaumam, cum Marâgae Denham catholicum salutavissent, in coenobio domini Michaëlis Tarʿelitano aliquamdiu versatos ab ipso Denha ad Abaka ḳani regiam mitti, Syrus ille anonymus narrat, JARS I, 22. 23, II, 24—26. Jabalahae tertii comitem etiam Bh chr, 578, 5 = ed. Lips. 595 Raban *bar* Sauma ܪܒܢ ܒܪ ܨܘܡܐ appellat, JARS Raban Sauma. — Si Syro auctore utemur, JARS I, 24 squ., II, 26 squ., Jabalaham, postquam ex aula regia revertit, non quo tempore rursus apud regem regum versaretur, metropolitam electum esse statuemus. — Adde, quod metropolitam modo electum in coenobio domini Michaëlis Tarʿelitani notissimo (cfr. JARS I, 145, 8 = II, 160, 9 et I, 21, n. 4, II, 24, n. 1 et Chabot, hist. pg. 155, n. 3) non in monasterio Sabrischouʿ Bakouka,[1] Syrus narrat JARS I, 26 = II, 29, 9. 10. — Jabalahae cum pontifice maximo romano commercium Sliva silentio praeterit, Barhebraeus loco a nobis pg. 29 exscripto commemorat; JARS Barsaumae iter in occidentis terras susceptum fuse describit I, 43—79, II, 47—86. — Ischouʿsabranum (Chabot pg. 47, 10 Jésusabran), paroeciae Tankut metropolitam, ut Syrus JARS I, 36. 37 = II, 40, 12 Jabalahae obtrectavisse reumque proditionis fecisse catholicum affirmat, ita Sliva et Amrus, quo die Jabalaha catholicus modo electus in domum patriarchalem intravit, Ischouʿsabranum Bagdadi in clericorum numero adfuisse memoriae produnt.

Atque haec hactenus; quo temporis momento plagulae de prelo emendandae nobis afferuntur, cum in eo sit, ut tandem aliquando libellus noster in publicum prodeat: ecce *Ignatius Guidi*, v. c. cuius supra, pg. VII, 9 squ. mentionem fecimus, certiores nos facit, ab *Henrico Gismondi* Maris Amri et Slivae de patriarchis nestorianis commentaria Romae hoc ipso salutis anno 1896 modo edita esse. Quem librum ut mihi afferat, bibliopolae statim mandavi; verum licet vehementi impetu in librorum venditorem invehamur iterumque atque saepius[2] عَلَيَّ بِٱلْكِتَابِ vociferemur: usque

---

[1] Cfr. notam nostram 12, 6.   [2] I. e. »cedo librum illum«.

ad hunc diem, qui est a. d. XVI kal. aug., Henrici Gismondi liber in manus nostras nondum pervenit.

Jabalahae tertii vitam ipse componere in animo habui, at cum non modo otium sed etiam saepissime libri, quibus opus est, nobis deesse sentiam, animus me defecit virisque doctis, qui ad tale aliquid opus aggressuri sunt, materiem advexisse satis habemus; episcoporum tantum sediumque catalogum componemus.

Episcoporum viginti quattuor index, qui Jabalahae III, cum catholicus inaugurarietur, adfuerunt.

1. مارنعمه مطران جنديسابور

ܡܪܝ-ܢܥܡܗ ܡܝܛܪܦܘ ܕܒܝܬ ܠܦܛ

Ğandišābur, Šapuris vicus, qui octo parasangas a Šuštar aberat, (Abulpheda, tab. geograph. num. 298, inter Šuštar et Šusorum reliquias) Elamiticae dioeceseos, quae ad occasum Persidis propriae dictae sita est, sedes metropolitarum. Chabot, pg. 38, n. 3 et pg. IX, (carte du Kurdistan etc.). — Bh ce II, pg. 222, n. 3 Ğandišāburem urbem Chusistanae regionis sex parasangas ab antiquis Susis abesse *Abbeloos* et *Lamy* adnotant.

2. وايشوعزخا مطران نصيبين

ܡܪܝ ܝܫܘܥ-ܙܟܐ ܡܝܛܪܦܘ ܕܨܘܒܐ ܘܐܪܡܢܝܐ

ܢܨܝܒܝܢ N^{e}ṣîb^{h}în = ܨܘܒܐ Ṣuba clarissima olim urbs ad Mygdonium (= Djahdjahad?) sita, nostris diebus vicus mille fere incolarum, Chabot, pg. 30, nota 1.

3. وموشى مطران اربل

ܘܡܪܝ ܡܘܫܐ ܡܝܛܪܦܘ ܕܐܪܒܠ

Arbil vel Irbil = Arbela, ubi Alexander Magnus Dareum Codomannum devicit, oppidum in regione Kurdistana Turcica situm, 36° septtr. $61^{1}/_{2}$ or. a Parisiis. Chabot, l. l. pg. 122, n. 1.

4. وجبرايل مطران الموصل

ܘܡܪܝ ܓܒܪܐܝܠ ܡܝܛܪܦܘ ܕܡܘܨܠ ܘܢܝܢܘܐ

Moṣel = Mossul, in dextra Tigridis fluvii ripa, contra Ninivam antiquissimam illam urbem sita. Chabot, 43, n. 4.

5. واليا مطران باجرمى

ܘܡܪܝ ܐܠܝܐ ܡܝܛܪܦܘ ܕܕܩܘܩ ܘܒܝܬ ܓܪܡܝ

Daḳuḳ, quae urbs quinque dierum iter ab Arbelis distat, meridiem fere versus, metropolitarum dioeceseos Beth Garmai

(Cfr. *Georg Hoffmann*, l. l. pg. 253—267, „Umfang der Dioecese Beth Garmai") domicilium fuit, ubi monasterium illud domini Sabrîschouʿ fuisse Sliva quoque (cfr. 12, 6 adn.) testari videtur. Chabot, 43, n. 5. — Sabrîschouʿi vitam syriacam Paulus Bedjan loco pg. VI, n. 3 c. laudato, pg. 288—331 edidit. — G. Hoffmann, pg. 272—275.

6. وابراهام مطران القدس

ܘܥܡܗ ܐܒܪܗܡ ܡܝܛܪ̈ ܕܛܪܦܘܠܝܣ ܘܐܘܪܫܠܡ

Orišlem = Elḳuds, cfr. BO. IV, 756, II. diss. de Mon., Hierusalem. Ṭorpolis = Tripolis, urbs syro-phoenissa cfr. Chabot, hist. pg. 43, n. 6.

7. وايشوعسبران مطران المالق وتنكت

Malek apud Assemanum neque BO. II, diss. de Monophysitis neque BO. IV, diss. de Syris Nestorianis commemoratur. Tankut, Sinensium regio, inter Thian schan saltum (septtr.) et Houangho fluvium (occid.) et Tibet (merid.) sita, cfr. IARS. I, 16, 3 = II, 17, 16; Chabot, pg. 21, 1; nostram notam ad 12, 4.

8. وبريخيشوع اسقف الطيرهان وهو كان الاركيدياقون

Ṭîrhān provinciae Irak-Adjémi in Perside centrali sita urbs, quae quadraginta sex kilometra ab urbe Ispahan aberat, ad occ. sept.-occ. versus (Chabot, l. l. pg. 39, n. 1.) a Bet Garmai ad meridiem versus. — Dioeceseos Ṭirhānensis fines Georgius Hoffmann, l. l. pg. 188—191 circumscribit.

9. وحنانيشوع اسقف اخلاط

Aḫlat, nimirum urbs illa Armenica an Adherbaidjana anceps, ad lacum Van sita, quae hodie Aklat vocatur, cfr. Chabot, pg. IX, tabulam geographicam. Barhebraeus oppidi nomen ܟ̈ܠܛ pronuntiavit, cfr. Bh chr 454, 4 = ed. Lips. 482, 3.

10. وشمعون اسقف بلد والجصلونه

Balad, ܒܠܕ, oppidum ad Tigrim situm, sex fere parasangas ab urbe Mossulanorum abesse Assem. l. l. BO. IV, 727 testatur. — G. Hoffmann, l. l. pg. 97, n. 865 et pg. 211, n. 1677, Balad, quod oppidum ad Nᵉṣîbʰîn metropolim pertinebat, idem atque Eskī-Moṣul esse affirmat. Geṣlūn haud ita procul a Balad oppido afuisse, Assem. BO. IV, 751 testatur.

11. وايشوعدناح اسقف ميافارقين

Maipherkin = Martyropolis Mesopotamiae, septt.-ori. a Diâr-bekir versus. Assem. BO. II diss. de Monoph. Maipheracta vel Maiphercat.

12. وجيورجيس اسقف معلثايا

ܡܥܠܬܐ Maaltam, Babyloniae septentrionalis oppidum, G. Hoffmann, l. l. pg. 208—216, in dioecesi Bet Nuhādre, ab urbe Mosul ad septtr.-or. situm fuisse demonstrat. Cfr. Layard, Niniveh und seine Überreste, 124. (Leipzig 1850) Maalthajah. ܡܥܠܬܝܐ Bh œ, II, 220, nomen arabicum.

13. وشمعون اسقف التل وبربرى

ܬܠܐ Tela in Assyria sita commemoratur BO. IV, 784; at complures urbes Telam nomen invenerant. — Georgius Hoffmann, l. l. pg. 222, n. 1762 locum affert Assem. BO. III, 564 a, ubi ܬܠܐ ܝܫܘܥ ܗܘܐ ܐܦܣܩܦܐ ܕܬܠܐ ܘܒܪܒܠܝ legimus, quam Telae et Barbeliae dioecesin Hoffmann eandem atque التل وبربرى censet, oppidumque utrumque in superiore Zab maioris regione situm fuisse arbitratur, et Telam et Barbeliam sive Barberiam.

14. وصليبازخا اسقف بادارون

ܒܝܬ ܕܪܘܢ = ܒܐܕܪܘܢ Bet-Daron = Bādaron, idem atque Bīdarūn oppidum orientem versus a flumine Zab in tribu Zībārī situm videtur esse, ad quam in oriente tribus Sīrwān adiacet. Hoffmann, l. l. pg. 222, n. 1762.

15. ويوسف اسقف سلماس
(ܡܪܝ ܝܘܣܦ ܐܦܣܩܦܐ ܕܣܠܡܣ)

Urbs Salamās in terra Adherbigana vel Adherbeidiana sita, posterioribus temporibus ad dioecesin Dāsen pertinebat. G. Hoffmann, l. l. pg. 204.

16. وجبرايل اسقف الرستاق

Rustaka in Adiabene sita, Assem. BO. IV, 773, nostris temporibus Rostaka vocatur, quae ad Kurdistanam turcicam pertinet, septtr. versus a Rowandiz, merid.-occid. versus a lacu Urmiaco, G. Hoffmann, l. l. pg. 241, n. 1918.

17. وابراهام اسقف اشنوخ
(ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܐܦܣܩܦܐ ܕܐܫܢܘܩ)

Ušnuk Adherbeidjanica = Ušnu vel Ušna, merid.-occ. versus a lacu Urmiaco, inter Urmiam et Arbela sita, Chabot, pg. 149, n. 1.

18. ومتى اسقف داسن

ܕܐܣܢ Dāsen Assyriorum ad dioecesin Adiabenen pertinuisse Assem. BO, IV, 743, regionem septentrionalem fluvii Zab maioris prope Amadiam intellegendam esse, Hoffmann, l. l. pg. 202—207 docet.

19. ويوحنا اسقف شوش
(ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܐܦܣܩܦ ܕܫܘܫܛܪ)

Šuštar octo parasangas a Ğandišābur abesse Assem. BO. IV, 781 statuit; G. Hoffmann pg. 224, n. 1780 arcem Šoš, ad septtr.-occ. a Mosul sitam sedem episcopalem fuisse syriacam docet.

20. وعمانويل اسقف الحصن

ܚܨܢܐ Ḥesna = ܚܨܢ ܟܐܦܐ Ḥesn-Kiʿfa, ad Tigridem inter Gazartam et Maiferḳin sita, Assem. BO. IV, 736. 756; II, diss. de Monoph. *Chipha*.

21. وشمعون اسقف ارزن

ܐܪܙܘܢ Arzun = ارزن الروم Erzen er-Rûm = Erzerum, urbs Armeniae notissima.

22. وقرياقوس اسقف اسقطرا

Arabes insulae Soḳoṭorae nomen سقطرة scribere solent; Sliva vel, quo utitur auctore, id spectavisse, ut vocem archetypi syriaci ܐܣܩܘܛܪܐ arabico-syriacam litteris arabicis accurate et studiose transscriberet, mihi videtur. Soḳoṭoram insulam exadversus promunturium Guardafui sitam esse inter omnes constat.

23. ܡܪܝ ܚܢܢܐ ܡܝܛܪܦܘ ܕܣܡܪܩܢܕ

Samarḳand, Transoxaniae vel Sogdianae urbs notissima, inter Oxum et Jaxartem sita, a Graecis scriptoribus Maracanda appellata, 268 kilom. ad mer.-ori. a Taschkend, 222 kil. ad occid.-merid.-occid. a Boukhara, septem kilometra a sinistra Kara Daria sive Zarafchan fluvii ripa abest, Chabot, pg. 43, n. 7.

24. ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܝܛܪܦܘ ܕܐܕܘܪܒܝܓܢ

Adhorbigan, quam Graeci et Latini Atropatenen vocabant, hodie Persarum provincia; sedes metropolitae urbs erat Tauriz vel Tab^hriz ܬܒܪܝܙ, inter mare Caspium et lacum Urmiacum sita, quae octoginta kilometra ad septtr. a Maragha abest.

Addendum est, Maris Amri et Slibae de patriarchis nestorianis commentaria, quae ex codicibus vaticanis *Henricus Gismondi* edidit, p. II, his locis alium, atque in nostra editione exstat, exhibere textum:

10, 3 (nostrae editionis) الخان et مىحبيه — 10, 4 ثيابا — 10, 7 خال له فى الجواب — 10, 9 رابه — فى الرهبنة — 12, 2, مفيدا — 12, 3 وصعدوا 12, 6 مرعيثه et باقوقا — 12, 8 ابينا — 12, 13 وبكا — 14, 1 واستبشر جماعة — 14, 2 بمحبيه — 14, 3 بالرضا et متخطوطهم — 14, 4 ابقا خان (Omnino apud Henricum Gismondi formam خان saepissime scriptam invenimus, neque formam قان nisi 10, 4 et 10, 7 ibi legimus.) — 14, 5 كثرته — 14, 5, 6 وانفذه ومعه — 14, 6 *Amr*. om. القانى — 14, 9 مطران خنديسابور السايوم (cfr. JARS I, 34, 1 = II, 37, 8 ܗܘܦܛ) — 14, 10 وجبرائيل — 14, 11 وايليا — 14 13 أركندياقون — 16, 1 والجصلونة — 16, 2 باداورون — 16, 4 وعمانوئيل — 16, 7 من [مثاقيل] خفايف — 16, 8 كثيرى — 18, 1 بسرجاد طكزخ — 18, 3 وصعد et [السليح] مار مارى — 18, 6 ويتركبون — 18, 9 ديرا عظيما — 18, 11 et 12 saepius خان, formae قان loco — 20, 3 بسرجاد زحد — 20, 5 الدير et مار يوحنا et المسلمون — 20, 6 ميخائيل.

Typis Guilelmi Drugulini Lipsiensis.



Typis Guilelmi Drugulini Lipsiensis.



